



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 119. Pontificis severitas erga Balneum, Corneum, Vitellium, &  
Bentivolum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

ducere posset, hinc corradendis pecu-  
niis unice intentus immodica imposuit  
tributa, multisque Nobilibus, quorum  
lites innovabat, molestiam intulit,  
eosque opprescit. (\*)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1565.

### §. CXIX.

#### *Pontificis severitas erga Balneum, Corneum, Vitellium, & Ben- tivolum.*

Plures insuper arces Joanni Francisco  
Guidoni Balnei Comiti eripuit, ut  
illum castigaret ob pecunias, quas in  
superiori bello prope Cæsenam inter-  
cepisse accusabatur: eapropter Papa  
nunquam pernoveri poterat, ut ei ve-  
niām impertiretur, quamvis Cosmas  
Florentiæ Dux, cui hic Comes antea  
militaverat, & tunc in Germania ope-  
ram navabat, pro eo instanter depre-  
caretur. Pariter Vitelli Papæ indi-  
gnationi erant expositi, quibus litem  
intentabat propter Tifernum, seu civi-  
tatem Castellanam, eoquod ipsi hanc

A a 4

Urbem

(\*) Hæc continuator ex suo Thuano de-  
scribere non erubuit, cum tamen apud nul-  
lum omnino Catholicum scriptorem de ejus-  
modi exactiōibus, & oppressionibus vel  
verbūlum reperire sit, quam sublestæ autem  
fidei sit Thuanus, ignorare haud potuit.

**Sæcul. XVI.** Urbem sacra Sede vacante iniqua  
A.C. 1565. occupassent: præterea Romæ ob ea-  
dem caussam Ascanium Corneum V-  
rum bellica laude conspicuum capi, a-  
que ad arcem S. Angeli deduci jussit  
Cornelium quoque Bentivolium, ejus  
que fratres, qui apud Ferrariæ Princi-  
pem gratia plurimum valebant, Bono-  
niam vocari præcepit, eoquod ant-  
octodecim annos in ea civitate ob pri-  
vatas cum Lippo Gisolerio tumultate,  
istius ædibus pulverem sulphureum su-  
jecissent, eoque accenso illas subvertiſe  
dicerentur, discerpto hac in re ipso Lippo;  
cum autem desuper accusaretur Ben-  
tivolius, is de prærogativa dignitatis  
excipiebat, afferens, quod regii Ordini  
nis torquatus eques effet, proin coram  
Rege duntaxat fisti posset, hæ tamen  
rationes criminis impunitatem a Pon-  
tifice extorquere haud poterant. Præ-  
ter hos ipsi etiam Alfonso Ferrarie-  
sium Duci litem intentabat, illum ac-  
cusans, quod ministris Pontificiis in  
jurisdictione Mutinæ exercenda impe-  
dimentum attulisset. Insuper etiam Ber-  
zigellæ præfectura Alfonsum ducis pa-  
trum privabat.

Denique a nonnullis hic Pontifex  
suggillatur, perinde acsi defuncto A-  
scanio Sfortia Camerarii dignitatem  
pretio viginti aureorum millium ver-  
didit.

ua v  
ea  
n V  
i, a  
usfit  
ejus  
rinci  
Bono  
ant  
o pri  
ate,  
su  
rtise  
ippo;  
Ber  
tatis  
Ord  
am  
men  
Pon  
Pr  
iell  
a  
in  
pe  
Ber  
pa  
ex  
A  
em  
er  
ll  
didisset, & Alexandrum Sfortiam Car- Sæcul. XVI.  
dinalem Cameræ Clericum purpura de- A.C. 1565.  
corasset, ut vacuum hoc Clerici munus  
denuo vendere posset. (\*)

### §. CXX.

#### Viginti tres Cardinales a Pio IV. creati.

Inter hasce oppressiones minime excu- Ciacon.  
ſandas Pontifex execrationes, quas pag. 945.  
ſibi inde accerſebat, ſe aboliturum Raynald.  
arbitrabatur, ſi illos Prælatos, qui in hoc ann. n. 6.  
Synodo Tridentina ſuo muneri plene  
ſatisfecerunt, in meriti præmium pur-  
pura decoraret. (\*\*). Itaque die duo-  
decima Maji viginti tres Præſules Pur-  
puratorum Collegio adſcripsit, & qui-  
dem novemdecim Presbyteros, & qua-

A a 5 tuor

(\*) Hæ calumniæ, cum ſolus Thuanus  
eas referat, potius contemptu, quam refu-  
tatione explodendæ ſunt. Vide Lib. CL. §. LX.

(\*\*) Quod hic transitus, ſeu paragraphi  
hujus cum priori nexus fit valde hiulcus, diſſi-  
mulari poſſet: quod autem Catholicus Vir non  
minus puerile, quam impium ſcoma in opem  
vocare voluerit, ut connexionem inveniat,  
omnino damnablem eſt: de cetero duntaxat  
ex his Cardinalibus ſunt quatuor, qui in Sy-  
nodo strenue laboraverunt. Vide Ant. Pag-  
gium Brev. hoc ann. n. XCIV.